


43885



268



SUPREMI HONORES,

Quibus

FUNUS

VIRI

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AM-
PLISSIMI, CONSULTISSIMI EXCEL-
LENTISSIMIQUE

DN. CONRADI CARPZOVII,

FACTI INCOMPARABILIS, COM. PAL. CAES.
REVERENDISSIMI AC ILLUSTISSIMI

DN. ADMINISTRATORIS ARCHI-EPISCO-
PATUS MAGDEBURGENSIS, &c.

CONSILIARII INTIMI AC CANCELLARII UTI
MERITISSIMI ITA LONGE EMINEN-
TISSIMI,

ANNO SALVATORIS M. DC. LIIIX.

D. XXII. FEBRUARII.

Prosequebantur

FAUTORES ET AMICI.

HALÆ SAXONVM,

Literis Melchioris Oelschlegelij.



Bütneri Zelus, Pietas *Timeus*, & ipse
 Brunnerus Labor, & gloria *Carpzovij*,
Consilium, juris culmen, prudentiæ agalma
 Dum rapitur, meritò membra Caputque dolent.
Lex, Exlex, Jus, Vis, Mars, Mors nunc ordine miro
 Miscentur, Pietas friget, & alget amor.
Hemiplexiâ quoque Justitia alma laborat,
 Si desit medicus mox Apoplèctica erit.
Vulnera Justitiæ sunt pestis & ulcera regni,
 Publicæ & inprimis certa ruina Rei.
Exundansque malum horrenda exundatio aquarum
 Plectit, & in lacrymas solvitur ipse polus.
Felix *CARPZOVIVS*, qui terque quaterque beatus,
 Nec ventura timet, nec metuenda dolet!

*B. Compatriis & Fautoris obitum simulque
 presentis seculi miseriam lugens*

F.

*JOHANNES OLEARIVS D.
 Consil. Eccles. S. & A. C.*



Uid iuvat eximio multos præcellere ho-
nore

Et modò Principibus perplacuisse viris,
Nî CHRISTO placeas, CHRISTUM coluisse & a-
mâsse,

Esseq; cum CHRISTO nî omnibus ante feras?
Hoc erat in votis CARPZOVI, quem decorabat
Magnus honos, magnûm gratia magna Du-
cum.

Sed CHRISTI merito nixum, ægrotum ac mori-
bundum

Emeritum in terris cœlica dona manent.

*Supremis Dn. Patroni & Compatriis honorib.
accineb.*

GOTTFRIDUS OLEARIUS D.
Eccl. Hall. Superint.



Οἷα τὰ δένδρα ἴασι, ποίω καρποφοροῦσιν,
Δένδρον εἰ ἐς ἀγαθόν, καρποφορεῖ κ' ἀγαθῶς.
ΚαρζόφιⓄ κάρως ἀγαθὸς θεῷ ἠδὲ Δυνάτῃ
Ἦνευκ', ἦν δένδρον Ἰνεκα καρποφόρον.
Ουρανὸθ' εὐκαρπεῖ αἰεὶ νῦν δένδρον ἐκεῖνο,
Εὐ γὰρ ΚαρζόφιⓄ καρποφόρⓄ λέγεται.

SIXTUS Bertram / S. S. Th. D.
Pastor ad D. Ulrici.

Eximiis,

EXimiis ornata viris, CARPZOVI A gens est,
Palladios quorum penes est celeberrima fama.

EXimiis orbata viris CARPZOVI A gens est,
Exiguâ serie. Nuper pia gloria Christi,

Urania Doctor, JANUS BENEDICTUS obibat:

Nunc Doctor CONRADUS, apex in jure gemello,

Victima Sarcophago gelidas defertur ad umbras:

Ha eleleu! eleleu! elegeidia plangite Musa!

Qui verò docti fuerint, fecêrevè doctos,

Hi Firmamenti fulgebunt sicuti splendor:

Et qui Justitiæ documenta fuêre professi,

Postmodò mandantes aliis liquidissima Iura,

Hi quasi stellabunt radiantia sidera cæli:

Sanctus ait Daniel, divinitus actus haruspex.

Divus, erat doctus, Doctorque, divesq; Professor

Leucoreâ cathedrâ, CARPZOVIUS, inclytus, olim:

Posteâ Consus agens, & Cancellarius Aula,

Iura dabat populo, qui disceptabat, Halensis;

Cœlicolas igitur nitet inter, ut axis & astrum.

Hâc sua damna levet spe CARPZOVIANA que-
rella;

Dum revidendus abit citò, Cancellarius, instar

Axis & astrorum, miro splendore coruscus,

Quando renascetur de terra matre resurgens!


ita condolefcit

CHRISTIANUS WEBER D.

Occidit

Occidit, heu! tandem CARPZOVIUS! Occidit Ille,
Quem privata Domus; publica Resque dolet.
Principis & Patriæ Magno caret Hæcce Ministro:
Istaque privatæ Conjuge, Patre pio.
Lugentes solare DEUS Natum, Viduamque: Et
Redde parem Huic Patriæ, Tu, Patriæque Patri!


JOH. ANDR. OCKEL D



Icon Morborum Tempestas.

UT quoties fertur tempestas horrida cælo,
Fluctibus undisonis & concursantibus auris
Nigrescit pontus, mutantur Climata Mundi,
Inductæ nebulæ tacita formidine mentes
Percellunt; Boreas infestat sic quoque nostra
Corpora morborum, Microcosmo Phlegmata multa,
Languorum nebulas, sævæ mortisque tremorem
Inducens; Non raro cadit bene stemmate firmo
Arbor, quæ nituit ramis fructuque decora
Morbi Proh! Eurus conquassat turbine longo
Fructibus en multis nitidum jam morte rigentem:
Sed Paradisiaca rursus florescit in aula.

FRIDERICUS ERNEST: Knorr D.
& Scabin. Hallens. Assessor.



CARPZOVIO moriente, perit Vir justus, * & istud
Perpendunt dignis pectora pauca modis.
Tolluntur siquidem sic Nomina magna Virorum
Sanctorum, & Nemo cernere tanta cupit.

Desinit.

* Ex Esaie Cap.
LVII, 1, 2.

*Desinit in vivis Nolter CARPZOVIVS esse
Ne videat Mundo fata futura malo.
Justitiæ addictus nunc absque dolore quiescit,
Et Mens salva potest perpete Pace frui.*

*Super Obitu & Abitu Tanti Viri,
ingemiscit*

M. CHRIST. ANDR. MERCKIUS.

~~~~~

**J**ustitiæ splendor WITEKINDI primus in arce,  
AUGUSTI splendens postea Phœbus eras.  
Irradians tenebras Juris Consultus & æqui,  
Maximus auxilio consilioque gravis,  
Post tenebras mortis splendor novus additur, astra  
Inter Justitiæ perpetuò radia.

*Summa condolentia & honoris gratiã  
fund.*

M. GOTTFRIDUS Schäffer/  
Ecclesie patrie ad D. Ulrici  
Diaconus.

---

**C**ARPZOVIVS moritur meritis gravis & gravis  
annis,  
Rellinquens Fame candida puncta sue.

*Suprema Observantia contestande causã  
fac.*

M. ANDR. CHRISTOPH. SCHUBARTUS,  
Ecclesiastes ad D. Mauriti.

*Irriguam*

**I**rriguum quisnam dabit hæc in lumina fontem,  
 Ut possim tanti funera flere Viri?  
**CARPZOVIVS** Magnus Legumque Themidosque Sacerdos  
 Nempe in vivorum desit esse locus.  
 Vir sic unus abest observantissimus æqui,  
 Vir pietate calens & gravitate potens.  
 Non ad cò multi (dolor!) inveniuntur in Orbe,  
 Res quibus est cordi publica, priva simul.  
 Ergò ad **CARPZOVIVM** plorandum (dicite, quaeso!  
 Quis mihi largifluas suppeditabit aquas?  
 Verum quid lacrumæ possunt acquirere nostra?  
 In vitam Functum non revocare licet.  
 Hoc erit in votis, ut Nomen **CARPZOVIVANVM**  
 Per Nati pergat crescere conjugium.  
 Hoc erit in votis, ut Cancellarius Alter  
 Salvus & incolumis sit maneatque diu,  
 Et reliqui Proceres faciant, quò possit habere  
 Princeps, Urbs, Regio, Relligioque togam!

M. MICHAEL HELLER Past. Xenod.  
 & Adj. Mauritanus.

~~~~~  
Aonides dictant, VIVIT POST FUNERA VIRTUS
 EXCELLENS ANIMI. verbula digna cedro.
 Seposito verum præstans cum corpore virtus
 Non periit, sed laus ipsius alta viget.
 Ordo, **CARPZOVI**, tetigit te, dante Jehova,
 Vicisti placidè Fata suprema fide:
 Imò nec hoc abiit Doctor **CARPZOVIVS** orbe,
 Virtutis superent cùm monumenta suæ:
Eunomie, Eusebie, & Sophie; Experientia rerum,
Defuncti nomen, crede perire vetant:

Huncce

Huncce Satrapa, diœcesis celsissimus ornat,
Hunc Heliconiades, hunc Charitesque colunt.
Ast Cœlestis erit nunc Cancellarius Aulae,
Quâ stant Elysi, jura benigna throni.
Sed quoniam positum, meritò suspiria cessent,
Et placeant nobis, quæ placuêre Deo.
Interea Terræ gremio benè membra quiescant,
Ad vitam donec suscitet ista Deus.

*Honoris & condolentia ergò
apponeb.*

CAROLUS GRAMANNUS.



Nr 332

ULB Halle

3

001 594 656



TA → OL



Retro: Stk. 39 - 42 unvollst.,
nicht in PICA

V077





12.

HONORES,

US
US

R 1
BILISSIMI, AM-
LTISSIMI EXCEL-
MIQUE

CARPZOVII,
IS, COM. PAL. CAES.
AC ILLUSTISSIMI

IS ARCHI-EPISCO-
URGENSIS, &c.
AC CANCELLARII UTI
LONGE EMINEN-
MI,

IS M. DC. LIIIX.
BRUARI.

antur
ET AMICI.

AXONVM,
ris Oelschlegely.